Wenk



cka Consortem suam, quam ipsum Nobilem Basilium Kulczycki Pre Maritum suum mori contigerit, extunc idem Maritus, bona supraescripta generaliter omnia morte praedicta Consortis suae derelinquens, cum omni Iure, Dominio, et proprietate, tenebit, habebit, et possidebit, illisq quiete et pacifice ad extrema duntaxat vitae suae tempora Ussufructuet. Post mortem vero et de hac Luce decessum eiusdem Mariti sui, extunc bona supraescripta morte eiusque Consortis derelinquens ad Successores suos sine quovis impedimento et contradictione Successorum mariti sui totaliter et pleno devolventur. His suis praesentibus personaliter Recognitionibus ad praemissa mediantibus

# Baraniecka Kulczyckiemu Matkowskiemu atq Wierzbickiemu Obligat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemislien Nobilis Marianna Baraniecka olim Nobilis Stas Unetski Consors derelicta Vidua sana mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competen recedendo, Praesenti vero Castren Capitaneali Praemislien Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atq subiciendo, palam libere, publice, ac perexpressum recognovit. Quia ipsa bona Iuribus suis Videlicet Advitalitio et Reformatorio subiecta infrascripta, nempe certam sortem w Czesci Bereczyna nazwaney, inter metas ab una Kosterinowa et Dublowska parte ab altera in Latitudinem, in bonis Villae Kulczyce Terra et Districtu praesenti Praemisliensi iacen et consistens cum omni praemissorum Iure Dominio proprietate titulog obligatori

gationis. Cumq[ue] omnibus et singulis eorundem bonorum utilita
tibus, fructibus, proventibus, fructibus, proventibus, redditibus, com
modis, emolumentis, obventionibus, Tum agris, pratis, campis, pascu
is, pascuarijs, Sylvis, aquis, attinentijsq[ue] et pertinentijs generaliter
universis, Nihil ex praemissis Iuris, Dominij, proprietatis ac Reliquis
Competentijs et praerogativis pro se Recognoscente suisq[ue] Successoribus
aut quopiam alio reservando seu excipiendo, Verum ita late, longe
circumferentialiterq[ue] prout praefatorum bonorum haereditas se in suis
metis et limitibus ab antiquo extendit et protenditur, et prout eadem
bona ipsamet Recognoscens tenuit habuit et possidebat, ipsamq[ue] con
cernebant, eisdem legitime deserviebant, Iam extunc et de facto
Nobilibus Basilio Kulczycki [illegible] et Basilio Markowski Staho[?]
to, atq[ue] Ioanni Strzemski[?] eorumq[ue] posteris in Summa Centum flore
norum Polonicalium iam per se Recognoscentem levata et percepta de
qua praesens Quietatur, hinc et ab actu praesenti ad festum Conver
sionis Sancti Pauli Apostoli post Triennium proxime venturum
incidens, et in defectu pro tunc eorundem bonorum Exemptionis,
Summaeq[ue] memoratae Centum florenorum polon., totalis et integrae re
alis persolutionis, extunc de Triennio ad Triennium, festo ad festum
pro simili die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli se se deter
minantis, Triennijs et festis se se continue et immediate sequentibus
usq[ue] ad Exemptionem bonorum eorundem, summaeq[ue] memoratae to
talis et integrae realem et effectivam persolutionem obligavit
inscripsit et invadiavit, prout obligat, inscribit, et invadiat praesens.
In quae quidem bona suprascripta, praemissaq[ue] omnia praesens per se Reco
gnoscens obligata et invadiata iam extunc et de facto eadem Reco
gnoscens Nobilis Marcella[?] Barwnicka, praefatis Obligatarijs suis,
eorumq[ue] posteris coram officio praesenti dat et admittit realem Intro
missionem

Intromissionem et actualem pacificamque possessionem, per Vnialemque
cunque competentem et nobiles duos die quacunque voluerint officiose ac-
ceptandam. Per ipsos Obligatarios suos ipsorumque posteros, haec eadem
bona, praemissaque omnia praesentibus inuadiata, cum vniuersis eorum vtilita-
tibus et vsufructibus, attinentijsque et pertinentiis generaliter omnibus
tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice vtifruendi
ac ad vsus suos, suorumque successorum quosuis beneplacitos libe-
re et effectualiter conuertendi modo ac iure obligatorio. Debebitque et
tenebitur memorata Recognoscens, prout se ac suos Successores
in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque praesentibus qui-
buscunque habitis et habendis, eisdem suprascriptis Obligatarijs suis,
inscribit et obligat praesentibus, ipsos et eorum successores in dictis
bonis, praemissisque omnibus, praesentibus per se Recognoscentem inuadi-
atis, et ratione eorundem omnium, ab omni et quauis impetitio-
ne Iuridica, quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis status
et sexus cuiusuis existentibus exoriunda, in omni Iudicio et Officio
Regni, semper toties quoties opus fuerit, tueri, defendere, euince-
re intercedere, et eliberare, indemnesque eosdem posteris reddere; nec
non haec eadem bona, praemissaque omnia, praesentibus per se Recogno-
scentem obligata et inuadiata, ab omnibus in genere Iuribus, et In-
scriptionibus, prioribus et posterioribus, super praemissa omnia
modo quouis cuicunque personarum factis et faciendis, nonsenti-
am a quibusuis citationibus super eadem bona suprascripta
modo quocunque importatis et importandis, Lucris denique et Perlucris
Processibus Iuris quibusuis, in quocunque puncto et gradu Iuris de-
pendentibus, et In quouis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis
ac super praemissis omnibus praesentibus obligatis perductis et perducendis
emundare et eliberare, mundaque et libera semper facere, ac ei-

am

am Intromissionem praefatam, coram Officio praesenti adoriguans
infuendo bonorum eorundem praesentium invadiationum dum per Mi-
nisterialem competentem et Nobiles duos Officiose requiretur non dene-
gare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare, et effectuali-
admittere, dataque et admissa eadem Possessionem et usumfructum
praemissorum omnium praesentium invadiatorum, quovis modo tam per
se, quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas =
non praepedire nec adimere, ipsosque Obligatarios suos et illorum Po-
steros in praemissis omnibus praesentium obligatis nullo modo inquietari,
ita ut hac eadem bona, praeterea omnia praesentia invadiataque
Obligatarij sui cum suis posteris quiete et pacifice praesentium Inscri-
ptionis obligatoriae vigore tenere, habere, et possidere queant,
illisque ususfrui possint, usque ad Exemptionem bonorum eorundem
Summaeque memoratae totalis et integrae realem ac effectivam perso-
lutionem; Idque sub vadio similis Summae Centum florenorum Po-
lonicalium per eandem Recognoscentem sive eius Successores, supra-
scriptis Obligatarijs suis, ipsorumque Successoribus, ob non comple-
tionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte =
quam in toto, toties quoties opus fuerit, ad solvendum succum-
bendo. Pro quo quidem vadio, modo praemisso ad solvendum
succubito, ac pro re aliqua principali, ex praemissis non com-
pleta complenda, Citata existens Memorata Recognoscens
Nobilis Marusia Baranicka olim Nobilis Stas Vruski Consors
derelicta Vidua sive eius successores, ad Instantiam praefatorum
Nobilium Basilij Kulczycki Sec, et Basilij Markowski Ha-
huyte, atque Ioannis Wierbicki Obligatariorum suorum vel
eorum Successorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Pre-
misliense

misliense, extunc recessu Supraseripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino, tanquam perempto- rio stare, Iuri parere respondere, Vadium praefatum luere, Inscri- ptioni praesenti Satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et te- nebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesens, Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper per- emptorios, vera infirmitate pro maiori minorennitate Successo- rum legatione, intra vel extra Regnum servitio militari, ad muni- menta ad Evictorem, vel alijs quibusuis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo, Ad Quietationem vero proximos Offi- cij praefati Castrens Capitan Praemislien Terminos dilationem sibi non- recipiendo, nullasque motiones appellationes, ac earum prosecutiones fa- ciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasio- nibus, suspensionibus, fatalijs Iuris praescriptione Terrestri, bello, Conventioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non sub- terfugiendo, nec modo alio quovis evadendo, Hac sua praesenti per- sonali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Vigore Laudi Feria Quinta ante Festum Sanctae Marga- rethae Virginis et Martyris pro- xima Anno Domini Mille- simo Sexcentesimo Sexagesimo nono Hordynski Filiastro Donat. 11/VII 1669

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesen Castren Capitan Prae- mislien Nobilis Stanislaus Hordynski Antonowicz, sanus mente et corpo- re